Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mine sanguine sanctorum tuorum qui effusus est ℣ Posu
erunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus celi carnes
sanctorum bestiis terre Gr. Ecce quam bonum et quam
iocundum habitare fratres in unum ℣ Sicut unguentum
in capite quod descendit in barbam barbam aaron ℣
Mandauit dominus benedictionem et uitam usque in seculum Gr.
Eu omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre
uerba eorum ℣ Celi enarrant gloriam dei et opera manuum
eius annuntiat firmamentum Gr. Exultabunt sancti in
gloria letabuntur in cubilibus suis ℣ Cantate domino
canticum nouum laus eius in ecclesia sanctorum Gr. Timete
dominum omnes sancti eius quoniam nichil deest timentibus eum
℣ Inquirentes autem dominum non deficient omni bono Grad
Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium
℣ Laqueus contritus est et nos liberati sumus adiuto
rium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram
Alleluia ℣ Fulgebunt iusti et tanquam scintille in harun
dineto discurrent in ecclesia Alla ℣ Letamini in do
mino et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde Alla
℣ Iusti epulentur et exultent in conspectu dei delectentur
in letitia Alla ℣ Te martyrum candidatus laudat exercitus
domine Alla ℣ Iusti autem in perpetuum uiuent et apud dominum
est merces eorum Alla ℣ Mirabilis dominus noster in iustis
suis Alla ℣ Exultent iusti in conspectu dei delectentur in
letitia Alla ℣ Paola in conspectu domini mors sanctorum eius
Agone triumphali militum regis summi Sequencia
Adies iste celebris est populis christo regi credulis Hy
delectamentum respuerant mundanorum Et crucem tulerunt tur
pem cottidie baiolarunt Hos nullus fortitudo a christo
separat Quum ad eum mortibus millenis perrent Nam
carcere ullus aut cathena mollunt fortia in christo pectora